

Auctores praecipue adhibiti

Objekttyp: **Index**

Zeitschrift: **Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich**

Band (Jahr): **10 (1854)**

PDF erstellt am: **21.09.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

AUCTORES PRAECIPVE ADHIBITI.

- ABAVZIT** (1679—1767) v. SPON. — Schedas eius ms. servat bibl. publica Genevensis, unde Nantuatum titulos exscripsit misitque qui studia nostra diligenter et docte adiuvit Bétant.
- ALDINI** gli antichi marmi Comensi. Pavia 1834. 8. — Adiuvaré me debuit in Ticinensibus neque tamen adiuvit auctor hic, qui in lapidum origines non satis accurate inquisivit.
- AMATI** peregrinazione al San Bernardo Losana Friburgo Ginevra. Milano 1833. 8. pp. 479. — Multos titulos continet, sed vulgares.
- AMORETTI** viaggio da Milano ai tre laghi. Sesta ed. corredata di antichi monumenti dal dott. G. Labus. Milano 1824. 8. pp. 373.
- ANTIQUARISCHE GESELLSCHAFT IN ZÜRICH**, Mittheilungen Bd. I—VII. Zürich 1841—53. 4.
Praeterea usus sum epistulis picturis ectypis, quae in nostrae societatis tabulario adservantur, additis quibus utimur voluminum et paginarum numeris. Picturis autem dum haec scribuntur in alium ordinem redactis et diversa ratione compactis numeros meos ad novum ordinem exigere non potui.
- APIANVS** et Amantius, inscriptiones sacrosanctae vetustatis. Ingolstadii 1534 fol., ubi p. 454. 455 Helvetica quaedam exhibentur.
- ARCHIV** für schweizerische Geschichte herausg. von der allgemeinen geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Zürich: 8. Bd. I—VIII. 1843—1851.
- V. ARX** (Hdefons) Geschichte der Landgrafschaft Buchsgau. St. Gallen 1819. 8. pp. 254.
- BALTHASAR** Helvetia vol. I—VIII. 8. 1823—1833.
- BLAVIGNAC** (J. D.) histoire de l'architecture sacrée du quatrième au dixième siècle dans les anciens évêchés de Genève, Lausanne et Sion. Paris, Leipsig, Londres 1853.
- BOCCARD** hist. du Valais. Genève 1844. 8. pp. 424.
- BOCHAT** (Loys, Lausannensis 1695—1754) epistolica diss. qua declaratur lapis antiquus in loco ubi quondam Lousonna fuit effossus. Lausannae 1741. 4. pp. 54.
— mém. critiques sur l'hist. ancienne de la Suisse. Lausanne 4. vol. I 1747 pp. 588. vol. II 1747 pp. 600. vol. III 1749—1751 pp. 626. Quaedam habet bona, pleraque ab amicis, ut Abauzatio, Ruchato.
- BONIVARD** (Franciscus, prior S. Victoris, c. 1496 — c. 1570) quas Genevae collegit inscriptiones et posuit in libro de antiquitatibus Genevensibus, quem ms. servat bibl. publ. Genevensis, eae et editae inde sunt in chronicorum Bonivardi ed. (les chroniques de Genève. T. I. 2 parties; T. II. 2 parties Genève 1831. 8.) I. 2 p. 115 et mea causa descriptas humanissime misit Bétant.
- BRANCACCIANVS** codex III, A, 6, quem Neapoli excussi, exhibet syllogen Iovii Comensem ab Apiano editam, sed eam paullo meliorem quam typi dederunt.
- BREITINGER** (Ioh. Iac.) commentatio in antiqua mon. in agro Tigurino eruta in Schelhorn amoen. litt. vol. VII (Francof. et Lips. 1727. 8.) p. 1—74.
— von dem Alterthum der Stadt Zürich und einer neuen Entdeckung merkw. Antiquitäten in der Herrschaft Knonau. Zürich 1741, 4. pp. 51.
- BRUCKNER** Versuch einer Beschr. hist. und nat. Merkwürdigkeiten der Landschaft Basel. Basel 1748—1763. St. 1—23. pp. 3077. Exemplum auctoris additamentis auctum servat bibl. publ. Basil., quod et Rothius excussit et mea causa Vischerus. — Diligentissimo rerum antiquarum investigatori una obstitit agri Rauracensis harum rerum sterilitas.
— Fortführung der Baselchronick von 1580—1600, addita volumini II Wurtsiseni denuo editi: Bassler-Chronick. Basel 1772. fol.
- BVXTORF** Reise nach der Birsquelle. 1756. 8. pp. 50. Repetita in Bruckner hist. Merkw. St. XIV.
- CALMET** (Augustin.) diarium Helveticum. Einsiedl. 1756. 8. pp. 149.
- le **CITADIN** de Genève ou response au cavalier de Savoye. Paris 1606. 8. pp. 383. Auctor est Ioh. Sarasin. — Descripsit titulos Genevenses optima fide neque spernenda diligentia.
- CODEX C 220**, scil. bibl. civ. Tur., complectitur inscr. Helveticas. Simillimus est Zolleriani et Ottiani et eiusdem fere aetatis, hoc est saec. XVIII incip.
- DEYCKS** antiquarische Alpenwanderung, in: Jahrb. des rheinl. Vereins vol. XI (Bonn 1847) p. 1—32.
- DONATVS** ad novum thes. vet. inscr. Muratorii supplementum. Lucae vol. I. II. 1765—1775. — Helvetica pleraque accepit a Sam. Schmid Bernensi, alia excerpsit ex schedii Gnocchii Brixienensis, qui nescio quem librum vulgarem expilavit, fortasse Ruchati délices de la Suisse. Gnocchiana pessime confusa, Schmidiana nobis supervacanea reperimus.
- DVBOIS** (Frid., Neuchatelensis). Schedas ms. eius servat mus. ant. Turic.
- (**DVNOD**) lettres à M. l'abbé de B... sur les découvertes qu'on a faites sur le Rhin 1716. s. l. 1716. 12. pp. 50. — Repetita mutato indice: déc. faites sur le Rhin d'Amagétobrie et d'Augusta Rauracorum. Porrentruy 1796. pp. 131.

- DVFFVOG-FAVRE (Eug.) guide de l'étranger à Vevey et dans les environs. Vevey 1843. 8. pp. 25 et 79.
- EXCHAQVET dictionnaire des ponts et chaussées. Lausanne 1787. 8. pp. 278. — Quaedam satis diligenter collegit, maxime cippos miliarios agri Valdensis.
- FESCH (Remigius) thesaurus inscr. antiquarum 1636. Codex ms. bibl. publ. Basil., qui non multa sed tamen aliqua dedit.
- GERBERT (Martin.) iter Alemannicum; accedit Italicum et Gallicum. Typis San-Blasianis. 1765. 8. pp. 519 et 144 (ed. 2 auctam a. 1773 non vidi).
- GERLACH, Hottinger, Wackernagel schweiz. Museum. Frauenfeld I—III. 8. 1837—1839.
- GRILLET (Jean Louis) dict. hist. littéraire et statistique des départements du Mont-Blanc et du Léman. T. I—III. 8. Chambéry 1807.
- GRVTERI inscriptiones antiquae. Heidelbergae 1603. — Adhibuit libros editos Apiani, Stumpfii, Symeonii, Lipsii, Guillimanni; accepit praeterea Genevenses et Aventicensis a compluribus: Boissardo, Commelino, Frehero, Guldinasto, Olympio, Scaligero, Vindonissenses nuper tum repertas a Io. Gulielmo Stuckio. Pleraque exempla satis emendata reperiuntur; Commelinus tamen tantum non omnia sua ex Stumpfii libro videtur descripsisse.
- GVICHENON hist. genealogique de la maison royale de Savoie. Lyon 1660. 3 voll. fol. — Genevenses et Valenses collegit solita inficeta negligentia.
- GVILLIMANNVS (Franciscus) de rebus Helvetiorum sive antiquitatum libri V. Friburgi Aventicorum 1598. 4. pp. 457. — Ipse lapides non vidit nisi Nantuatum duos n. 18 et 21; totus pendet ex Tschudio, cuius librum ms. vidit quemque citat p. 67. Tschudiana per hunc primum exteris innotuerunt. Hunc librum intellege ubi Guillimannum simpliciter cito.
- Habsburgiaca. Mediolani 1605. 4. pp. 344. Vindonissensia quaedam ab auctore continet descripta.
- GVLIELMIVS (PAVLVS) V. MERVLA.
- HAGENBVCH (1700—1763) epistolarum epigraphicarum p. 473—620 s. *τεσσαρακοστολογιον* Turicense. Turici 1747. 4.
- HAGENBVCH Helvetia Litterata seu sylloge inscr. antiquarum in Helvetia extantium. Voll. 4. Codd. bibl. civ. Turic. C., 283. 284. 285. 286. Colligere incepit a. 1726.
- epistolae ms. Codd. bibl. civ. Turic. C., 266 (usque ad a. 1720); 267 (1721—1730); 268 (1730—1736); 269 (1737—1742); 270 (1742—1744); 271 (1744—1747); 272 (1747—1749); 273 (1750—1751); 274 (1752—1754); 275 (1754—1759); 276 (1759—1763).
- Sane si posset esse unquam pro virtute sola per se diligentia, nunquam satis praedicari posset Hagenbuchius ferreae vir patientiae et insignis eruditionis, quae neque ignoratur hodie neque facile potest praetervideri vel contemni. Mihi tamen, ut libere dicam, neque vere doctus fuisse videtur vir, quem omni lau-

dis genere et vivum et mortuum celebrarunt et parum profecisse existimo artem hanc qualemcunque epigraphicam ratione illa Hagenbuchiana, quae per se non satis bona progeniem edidit editque indies vitiosorem. Vere doctus enim non recte dicitur qui plurima quidem, sed pleraque scitu indigna quam plurimo suo taedio lectorumque ingenti ita congerit, ut cur quidque ponat neque ipse umquam quaerat et, si quaerit alter, indignetur. Denique titulum quis quem ediderit indicare, inanes repetitiones negligentium editorum et levium hominum minimos errores perstringere, indices tessellataque ut ait opera in singulas syllogas sibi conficere, habent quidem ea omnia suis locis adhibita utilitatem, quam et Orellius saepe expertus est quamque nunc ego non raro experior; sed tamen tantum abest ut in his consistat rei epigraphicae doctrina, ut eius ne prima quidem haec stamina haberi debeant. Index accurate confectus merito laudatur, attamen ita ut vera investigatio minime eo contineatur, sed inde incipiat progressura ad ipsam rerum disquisitionem. Quod si quis inter eruditos postulat ut admittatur propter indices, talem hominem risisset puto Scaliger, a quo tamen hoc indicum epigraphicorum genus totum proficiscitur. At si quis hoc nomine et olim admissus est et adhuc praedicatur, non parum ea res huic nostrae arti officit. Pululant enim continuo sectatores eius stupidi homines, qui cum ab aliis philologiae et historiae partibus repellere sentiant, huc tandem appellant et admissionem flagitant, otium neque cum dignitate neque cum iucunditate perdidisse se demonstrantes multaque se scripsisse, quae non facile neque scribat neque nisi vi quadam coactus legat sanae mentis homo. Sed tamen ne simus iniqui, habet aliquam excusationem Hagenbuchius, quae nostri temporis *ματαιοπονία* minime patrocinatur; dico incredibilem eius aetatis hominum Italorum levitatem, cui tum nostrates contrarium vitium quasi quodam iure opposuerunt. De Muratorio quid tum iudicant, adscribam Reiskii verbis petitis ex censura epistolarum Hagenbuchianarum (zuverläss. Nachr. Th. CXVI Leipzig 1749 p. 597): 'Nach langen Hoffen und Verlangen kam endlich das Werck in 4 Folianten ziemlicher Grösse heraus; ein Werck, das einen einzigen mässigen Band würde betragen haben, wenn man . . . auf seine Pflicht und das Urtheil der gelehrten Welt . . . hätte sehen . . . wollen . . .'. Num defendi posse 'beynahe den halben Gruterus unter einer neuen Aufschrift, und noch dazu viel schlimmer als er je gewesen, den Unwissenden aufzuheften? Reinesium, Sponium, Fabretum hat er auch nicht geschont. Er hat sie nicht nur ausgeschrieben, sondern noch dazu verderbet, und nicht einmal angezeigt, wo er dieses hergenommen. Er bemerckt wohl die Quellen, aber solche, die man nicht aufsuchen kan. Es sind ent-

weder geschriebene Blätter, die sich in wenigen Händen befinden: oder zieht er ja gedruckte Bücher an, so thut er das weitläufig, und so unbestimmt, dass einem alle Lust vergeht die Spur zu verfolgen. — Manche, ja sehr viel Inscriptionen führt er mehr als einmahl, ja zuweilen zehn biss zwölf mal an; manche auf einem und demselben Blatte zu 2 biss 3 mahlen, und zwar so jämmerlich zerstückelt, so unkenntlich, als ein Mensch seyn kan, dem man Nase und Ohren abgeschnitten. Insonderheit ist er darum mehr Zürnens als Mitleidens werth, weil er die griechischen Aufschriften so hesslich darstellt, und so erbärmlich ausleget, dass man auf den Gedancken kommen möchte, er sey im Griechischen gantz und gar unerfahren. — Hat Herr Muratori sich nach den Kräften seiner Herren Lands-Leute gerichtet, so folgt natürlicher Weise daraus, dass sie schlechte Helden seyn müssen. — Ipse Scipio Maffei, qui quantum praestet Muratorio nemo ignorat, de se ad Hagenbuchium scribit: 'mi conviene far tutto in fretta', et vere sic scripsit. Omnino placet hic inserere quod vir supra suam aetatem libere sapiens Io. Iac. Reiskius de epigraphia quae tum erat iudicavit in censura libri Hagenbuchiani supra citata paucis iam vel nemini nota, sed digna quae hodie etiam manibus versetur; ita expressit cum severo tum aequo iudicio trium populorum Gallorum Germanorum Italorum ea aetate in hac arte et merita et defectus. 'Es wäre zu wünschen, dass unsere Gelehrten mehr Briefe von der Art dieser so genannten epigraphischen Schreiben durch den Druck bekannt machten. Man würde auf diese Weise viel beträchtliche Stücke der Gelehrsamkeit ausgearbeitet bekommen, und über dem das Neben-Vergnügen haben, eine jede Nation, ja jeden Gelehrten ins besondere, den man in seinen öffentlichen Schriften sonst nur öffentlich und von aussen in seiner völligen Kleidung siehet, auch daheim gleichsam in seinem negligé, in seiner wahren Gemüths-Gestalt zu sehen. Hier haben wir dreyerley Leute vor uns. Einen Frantzosen, einen Deutschen, und einen Italiäner. Sie zeigen sich alle in ihrem Charakter. Der Frantzoze, der zugleich ein alter Mann, ein Präsident ist, redet mit dem Deutschen als ein Freund mit dem andern, und unterhält sein Ansehen. Er nimmt Lehre an, theilt aber auch welche mit, erinnert, was ihm nicht ansteht, und scheint sich manches gefallen zu lassen, ob es ihm gleich nicht ums Hertz ist, nur ungestüme Weitläufigkeit zu vermeiden. Er ist freundlich, bescheiden, gefällig, gelehrt, deutlich, kurtz und oben hin. Seine Belesenheit, seine Vielwissenheit zieht er in die Kürtze zusammen, seine Meinung und deren Beweiss-Gründe trägt er mit wenig Worten in zusammenhangender Ordnung vor. Der Deutsche ist gelehrt, aber sehr mühsam, weitläufig, verworren, und hartnäckig ge-

lehrt. Er weiss von kleinen Dingen eben so viel zu sagen, als von grossen und wichtigen. Er überschüttet und erstickt seine Leser mit Belesenheit, wie eine Lampe mit Oel, macht Perioden zu halben Ellen lang, springt von dem einen auf das andere, und endiget im folgenden Briefe das, was er im vorhergehenden angefangen. Er hält sich oft bei Kleinigkeiten auf, welche die Ausländer unser Spielwerk und Tändelei nennen.*) Er geht selten von der einmahl gefassten Meynung ab, ist dabey dreiste und unverhohlen, und bemühet sich gar nicht seine Erinnerungen in einem Saftgen einzugeben. Er zeigt auch, dass er sich seiner Gelehrsamkeit bewusst sey, dass er es leide, wenn man sie nach Verdiensten preiset, und dass er der gelehrten Welt nicht verbergen wolle, was verständige und aufrichtige Richter von derselben geurtheilet. Und darinne hat er Recht. Der Mensch, und insonderheit der gelehrte Mensch hat von aller seiner Mühe und Arbeit, die

*) Quam iuste reprehenderit Reiskius putidam hanc diligentiam, non videtur spervacaneum paucis exemplis docere, quae propter brevitatem magis quam immanitatem inter sexcenta similia elegi. Epist. epigr. p. 253. — 'Quum variorum ἐκδόσεις, Gruteri, Reinesii, Gudii, Muratorii, inter se conferrem p. 26. 27. oblitus sum dicere, quod prior Grut. editio 110, 4 habet COCILIAE, posteriorem traiecta errore typographico litera habere COCLIAE'. — Quod si aliquando in doctorum forte paenitentiario componentur quae de erroribus typographicis scripsit Hagenbuchius, ingentis ponderis volumen sic conficietur.

Epist. epigr. p. 273. — 'Equidem quum in doctissimi LEICHI de Diptychis veterum diatriba p. (II) haec legerem verba: «Diptychorum, quae de pluribus adhuc supersunt vetustissimum est, quod STILICONIS a Ducangio [Gloss. Graec. v. «Δίπτυχον»] aliisque creditur: quippe pars, nomen Consulibus insculptum praefrens, aut temporis culpa aut negligentia «hominum perit» in spem magnam veni a TE mihi missam CANGII observationem in Diptychum Stiliconis quo loco monstrasset diligentia Leichii, me inventurum esse: Nec mora: Cangii glossarium Graecum voce Δίπτυχον evolvi, τὸν τόπον, quem sperabam, non inveni. Quanta de spe decidi! Censen hominem LEICHIVM esse? Erravit. Falsa eius monstratio quaerentem torquet. Quid agam? Quid commisiscar? Memor jambici octonarii:

Nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possit pervestigare non desisto, usque adeo, donec ad abditum veri cubile pervenio, in Cangii Glossario Graeco, at minime voc. Δίπτυχον, sed Tom. II Append. p. 107 ad vocem ΚΟΜΗΣ τοῦ σταύλου. — Paginam reperit canonicus; plaudite populi! Nonne Reiskius de his litteris quid sciti et urbani homines iudicaturi essent et recte et facete insinuavit, ubi de Blaurero, cui prima illarum epistolarum inscripta est, sic ait: 'Herr Hagenbuch streicht ihn hin und wieder als einen grossen Gelehrten und Mäcenaten heraus. Wäre er auch dieses nicht, so würde Herr H. ihm nicht einen 11 Bogen starcken, mit griechisch und lateinischen, gross und kleinen Buchstaben und vielen Ziffern bunt gemahlten Briet zugeschickt haben, ohne in Gefahr grosser Ungenade zu laufen, oder wohl gar sein Buch dem Vulcano aufgeopfert zu sehen'.

unter der Sonnen ist, nichts als das Vergnügen, zu wissen, dass andere Leute auch davon wissen, und würdige Begriffe haben; das Vergnügen seinen Ruhm, seinen wohlverdienten Ruhm aus dem Munde der Wahrheit zu hören. Der Italiäner hingegen stehet bey dem Deutschen, wie der Schüler bei dem Lehrmeister, oder wie der Schatten in den Gemälden bey den hellen Farben. Er lobt so, dass er oft zum Schmeichler wird; und indem er andre erhebt, wirfft er sich selbst in den Staub darnieder. Seines Freundes Belehrungen nimmt er so gehorsam, mit solcher Selbst-Verläugnung an, wie ein Muhamedaner den Alcoran, indem er sich einbildet, es sey ihm nicht erlaubt, solche zu untersuchen, vielweniger aber ihnen zu widersprechen: weswegen er auch von seinem Freunde p. 432. mit einer anständigen Ehrbarkeit bestraft wird. Hätte Herr Gori anders nichts als diese Briefe geschrieben, und sollte man ihn aus denselben einzig und allein beurtheilen, so würde man ihn gewiss nirgends anders als bey den diis minorum gentium unterbringen können. Denn es stehet in denselben wenig ungewöhnliches, wenig das der Mühe sie aufmerksam zu lesen werth sey, ausgenommen die neuentdeckten Aufschriften beyder Sprachen, welche er hin und wieder mittheilet'.

Ad Helveticas inscriptiones quod attinet, earum syllogen instituisse Hagenbuchium et inchoasse in eas amplissimos commentarios notum est. Percurri ego diligentius quam fecerat Orellius haec non facilis lectionis volumina, adsumptis praeterea epistolarum ms. tomis undecim, et inde excerpti quae facerent ad lectionem stabiliendam, id est cum exempla ab ipso Hagenbuchio ex lapidibus accurate magis quam perite (paucos enim lapidos litteratos videre potuit) excepta tum ab amicis undique cum illo communicata.

HALLER (Franz Ludw., von Königsfelden, 1755—1838) Geschichte der Helvetier unter den Römern. Zürich 1793. 8. pp. 316.

HALLER hist. und top. Darstellung von Helvetien unter der römischen Herrschaft. Zweite Aufl. 2 voll. Bern 1811—12. pp. 347. 566. — Vol. prius est praecedentis libri editio altera.

Hunc intellege ubi simpliciter Hallerum cito; cito autem ed. utramque, ut ubi singuli numeri scribantur, in priore titulum deesse intellegas. — Auctor sua undique imperite et negligenter compilavit; quae non ex editis sumpsit, in iis nolim multum ei tribuas, nam etsi a dolo longe afuit, tamen socordiae reus iure fit.

v. **HALLER** (Gottlieb Eman.) Bibliothek der Schweizergeschichte. Bern 1785—1787. 8. I—VI u. Register. — Liber multo saepius mihi profuit quam ubi citatum invenies; ita diligenter indicavit libros quaerendos. Omnino ita singularis utilitatis et bonitatis est, ut

mirer quanta levitate nuper nescio quis opinatus sit sibi datum esse ut Hallerum continuaret.

— sylloge inscriptionum Helveticarum ab eodem confecta extat in cod. bibl. publ. Bern. hist. Helv. VI, 30. Auctores quos adhibuerat ipse excussi omnes; quam ob rem omitti potuit.

HELVETIA v. **BALTHASAR**.

HENTZNERI (Pauli) itinerarium Germaniae Galliae Angliae Italiae. Ed. 2. Norib. 1629. — Genevae fuit a. 1597, scripsit a. 1612. Compilavit Lipsiana aliaque vulgaria neque citavi nisi ut demonstrarem nihil frugi apud eum reperiri.

HERRMANN (Frider. Jacob., Salodurensis 1717—1786) collegit titulos Salodurenses, quorum quosdam Halleromisit edendos non bene descriptos.

IAHN (Albert) der Kanton Bern deutschen Theils, antiq. topogr. beschrieben. Bern und Zürich 1850. 8. pp. 522. — Magnus liber — seis reliqua.

KOLB (Iac.) v. **PARENT**.

LABVS v. **AMORETTI**.

LEICHTLEN Trajan als Gründer von Baden, in: Schriften der Ges. zur Bef. der Geschichtskunde zu Freiburg im Breisgau vol. I (Freiburg 1828). 8.

LEVADE (1748—1839) recueil de quelques inscr. romaines trouvées dans le Pays-de-Vaud et le Vallais et qui n'ont pas été publiées, in: mém. de la soc. des sciences physiques de Lausanne t. III. Lausanne 1790. 4. hist. p. 64—76. Citavi sic: Levade mém.

— dictionnaire géogr. stat. et hist. du canton de Vaud. Lausanne 1824. 8. pp. 424. — Inscriptiones huius agri collegit omnes fere ex libris editis, quos tamen citare noluit.

LIPSIVS v. **SMETIVS**.

de **LOGES** (Chrétien, docteur de Montpellier) essais hist. sur le Mont St. Bernard. 1789. 8. pp. 229. — Auctor in Vallensibus minime neglegendus.

LVRATI (Carlo) Stabio, le sue sorgenti minerali ed i suoi dintorni. Lugano 1852. 8. pp. 86.

LVTZ (Markus, Pfarrer zu Läufelfingen) neue Merkwürdigkeiten der Landschaft Basel. Basel. 8. Abth. 1. 2. 1805. Abth. 3. 1816.

MEMOIRES et documents publiés par la soc. d'hist. et d'arch. de Genève. Genève vol. 1—8. 8.

MERCURE SVISSE Neufchâtel 1733 sq.

MERIAN (Matth.) = Zeiller (Martin.) topographia Helvetiae Rhaetiae et Valesiae. 1642. fol.

MERYLA (Paulus Gulielmi filius, Dordracensis, 1558—1607), quem esse Paulum Gulielmium Lipsii perquam probabile est; Gulielmiana enim inter annos 1548 et 1588 Genevae a Lipsii amico conscripta esse apparet, Merula autem aliquot annis ante a. 1592 Genevae degebat et Lipsio fuit familiaris. Praeterea quae ipse Merula de n. 181 in cosmographia mentitus est, idem ingenium imperitum et fallax arguunt, quod dudum

- deprehensum est in Gulielmianis. De quo ut facilius qui volet iudicet, adscribam quos titulos cum Lipsio communicarit: n. 91. 116. genuinos, quos ex ipsis lapidibus Merula videtur excepisse, n. 8. 12. 120. 121. 164. 175 (fraude adiuncto altero fragmento n. 204). 219. 239. 316. exscriptos ex Stumpfio adscitis subinde supplementis Stumpfianis, fals. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 27 ab ipso confictos.
- MEYER** (Heinr.) Geschichte der XIten und XXIsten Legion, in: Mittheilungen der Ant. Gesellsch. in Zürich, Bd. VII (1853) p. 123—171. Tabulae quattuor musei nostri tegulas complures exhibent pictas.
- MITTHEILUNGEN V. ANTIQ. GES.**
- MONTMOLLIN** (chancelier, 1628—1703) mémoires sur le comté de Neuchâtel en Suisse. Neuchâtel 1831. 8. 2 voll. — De hoc vide in falsis n. 20—25.
- MVRATORII NOVUS** thesaurus veterum inscriptionum Mediol. 1739—1742. 4 voll. — Genevenses Sponii, neque tamen Abauzitianas repetivit per Bimardum acceptas, deinde in appendice Vindonissensia quaedam ex libris dudum editis a Richtero descripta male iteravit, denique ut fit in eiusmodi sylloge subinde quaedam sublegit ex variis auctoribus.
- MVRITH** (Laurent Joseph, chan. du S. Bernard † 1816) médailles, inscriptions, statues et autres antiquités du Valais. Ex quo commentario ms. c. a. 1808 conscripto excerptae sunt inscriptiones in: mém. de la soc. des antiq. de France vol. III (Paris 1821) p. 502—533. — Auctor non satis bonus, tamen utpote inter mediocres omnes non neglegendus.
- NOTICES D'UTILITÉ PUBLIQUE** vol. I. II. 8. Lausanne 1805—1807.
- ORELLIUS** (Ioh. Casp., 1782—1849) in amplissimae collectionis (1828) n. 209—475 (coll. add. vol. II. n. 5025—5032. vol. I 5039. 5060—5068) composuit lapides scriptos Helveticos, qui separatim quoque prodierant a. 1826 ad indicendas gymnasii Carolini lectiones hoc indice: 'inscriptiones in Helvetia adhuc repertas omnes collegit breviterque illustravit I. C. O.' Turici 1826. 8. pp. 40. Hanc editionem, quae paucis innotuit et vix discedit a repetita post biennium, non citavi.
- Inscriptiones Helvetiae collectae et explicatae. Turici 1844. 4. pp. 100 (= Mitth. der ant. Ges. in Zürich vol. II). Eiusdem syllogae editio tertia. — Citavi editionem utramque a. 1828 et 1844 per totum hunc librum, nisi quod consulto non adscripsi numeros Orellianos ad figlinas Basileenses aliaque minora, quae Brucknerum vel Rothium secutus dedit n. 429 ed. 1, n. 306—310 ed. 2. Si qui titulus in alterutra editione deest, indicatur sic: . . . = 100 vel 100 = . . . Copias manu scriptas, quae praesto fuerunt Orellio in alterutra editione paranda, plerasque ego quoque excussi; schedas has servant partim antiquarii Turicenses, partim civium bibliotheca.
- Etsi tantum abest, ut Orellii detrectatoribus adsentiar, ut e contrario sagacem eius levitatem nostrae arti multo magis profuisse iudicem quam ponderosa hominum male sedulorum molimina, tamen aegre fero optimo viro non dedisse deos eam diligentiam, quam nulla nostra iniuria bene multis docti coetus hominibus adimere potuissent; quo factum est, ut reliqua sylloge, quae eleganti maxime iudicio nitatur, longe praestet Helveticae huic, in qua plerumque Hagenbuchiana incuriose expressit Hallerianis adiectis. Alteram editionem priore deteriorem etiam esse aequi iudices non negabunt.
- OSANN** sylloge inscriptionum antiquarum. Lips. 1834 fol. — Osannus has regiones peragravit lapidesque ibi descripsit, sed neglegenter.
- OTT** (I. Bapt. 1661—1742) muthmassliche Gedanken von denen MDCCXXIV zu Kloten entdeckten Antiquitäten. Zürich 4. pp. 36.
- Eiusdem codice ms., quo continebantur inscriptiones Romanae Helveticae CXLI, Ottii sororis filius Hagenbuchius usus est a. 1733 (v. Hagenbuchii codex C, 283 p. 32). Propria habet pauca. Conf. **ZOLLER**.
- PARENT** (Aubert) mémoire historique des fouilles faites au village d'Augst, canton de Basle en Suisse, sur le territoire de l'ancienne Augusta Rauracorum. Sous la direction de M. Aubert Parent, architecte, sculpteur et membre de l'Ac. Roy. de Berlin. Basle 1804. 8. pp. 37. Idem libellus Germanice versus legitur apud Lutzium neue Merkw. II, 283—310. — Ab eodem et Iacobo Kolb postea editus est libellus: recherches sur les antiquités d'Augst. Rheims 1823, quem non vidi.
- mém. sur les recherches des antiquités de l'Helvétie de 1800 à 1810. — Hunc librum manu scriptum servat bibliotheca civium Solothurnensis. Eiusdem auctoris 'mém. abrégé sur la continuation des recherches faites sur l'emplacement du temple d'Augusta Rauracorum a. 1809' servat societas artium Genevensis. Vidi utrumque; sed Salodurensis codex multo plenior solus citatur. Basileae denique extant codices Parentiani quattuor mihi non visi, quorum tres servat domus Forcartiana, quartum bibliotheca.
- PATIN** (Charles, médecin de Paris) quatre relations historiques Basle 1673. 8. — Pauca quae dedit omnia descripsit ex libris editis praeter Basileensia.
- PAVLVS GVLIELMVS V. MERVLA.**
- PITHOEVS** (Petrus 1539—1596) descripsit a. 1570 inscriptiones quattuor n. 118. 122. 127. 181. Ios. Simleri causa, quocum praeterea alia quaedam de antiquis Helvetiorum rebus communicavit. Epistolae eius ad Simlerum extant in cod. bibl. civ. Turic. F 60, unde excerpta edidi in: Ber. der sächs. Ges. der Wiss. 1852 p. 278—282. Inter Amerbachiana quae extant vel extiterunt Pithoei de inscriptionibus Helveticis, a me rogatus diligenter sed frustra quaesivit in bibl. publ. Basileensi G. Vischer.

- PLANTINVS** (Io. Bapt., Lausannensis) *Helvetia antiqua et nova*. Bernae 1656. 8. pp. 357. — Pleraque sumpsit ex prioribus, auctoribus plerumque adscriptis; alia ex cod. ms. Simleri, i. e. ex Tschudio habuit; quaedam patria primus adiecit.
- abbrege de l'hist. de Suisse Genève 1666. 8. pp. 814. Pridem data quae repetivit, praetermissi, pauca quae accesserunt enotavi.
- POCOCKE** inscriptiones antiquae. 1752 fol. — In nostris hoc descriptore facile caremus.
- RAVENEZ** (L. W.) *l'Alsace illustrée par Schoepflin*. Traduction de L. W. R. Mulhouse vol. 1. 2. 3. (vol. 3 a. 1851). — Schoepflinianum librum editor auxit cum additamentis petitis ex libris editis, ut III, 200—219 Rothiana lapidum Augustanorum sylloge legitur repetita, tum aliis quibusdam accessionibus ineditis; quarum quae ad hanc syllogem pertinent, a Rothio mihi enotatas indicavi in addendis.
- REINESIVS** syntagma inscriptionum antiquarum, Lips. et Francof. 1682. — Helvetica quae dedit, ex editis libris sumpsit, praesertim ex Plantino.
- RITTER** mém. abrégé et recueil de quelques antiquités de la Suisse. Berne 1788. 4. pp. 39. — Tabulas manu auctoris delineatas aliquot servat mus. Bernense (v. Studer p. 82).
- de **RIVAZ** (Pierre Joseph de S. Gingoulph, 1711—1772) éclaircissements sur le martyre de la légion Thébéenne et sur l'époque de la persécution des Gaules sous Dioclétien et Maximien. Paris 1779. 8. pp. 368.
- ROTH** (Karl Ludw.) *die röm. Inschr. des Cantons Basel = Mitth. der Ges. für vat. Alt. in Basel I.* 1843. fol. pp. 23. — Ipse auctor humanissime mihi obtulit suum egregii libelli exemplum passim emendatum multisque additamentis auctum.
- RUCHAT** (Abraham 1680—1750) *les délices de la Suisse*. Leide 1714. 12. — Adde censuram in: *hist. crit. de la republique des lettres t. VI* (Amst. 1714) p. 52—76, quam qui scripsit, et partes has peragravit ipse et ingenua quadam animi liberalitate immunis evasit vulgarij eius aetatis errorum.
- *histoire générale de la Suisse depuis l'origine jusques à l'an 1516*. Par A. Ruchat 1744 (continuavit opus usque ad mortem). Codex ms. bibl. publ. Bern. hist. Helv. IV, 83 sq. (b. Haller Bibl. 4, 485). — Pleraque sumpsit ab aliis, ut a Wildio Aventicensia, Genevensia a Sponio; tamen adjuvit me praesertim in Noviodunensibus.
- Ab eodem Ruchato plura communicata sunt cum Abauzitio, Bochato, Hagenbuchio, aliis.
- RVSSINGER** de Hercule et laboribus eius. Basil. 1615. 4. pp. 40.
- de vetustate urbis Basileae. Basil. (1620) 4. pp. 39.
- periphrasis urbium veterum Helvetiorum et earum inscriptionum. Basil. 1628. 4.
- SALVERTE** (Eus.) notice sur quelques mon. anciens situés dans les environs de Genève. Genève et Paris 1819. 8. pp. 30.
- SCHVECHZER** (Ioh. Iacob. 1672—1733) *itineraria per Helvetiae Alpinae regiones facta annis 1702—1711*. Lugd. Bat. 1723. — Magna diligentia neque sine nostra quoque utilitate vir summus cum sua investigaret ad inscriptiones quoque attendit.
- *Untersuchung des Bads zu Baden*. Zürich 1732. 4. pp. 68.
- de **SCHMID** (Sam. seigneur de Rossan 1737—1796) recueil d'antiquités trouvées à Avenches, à Culm et en d'autres lieux de la Suisse. Berne 1760. 4. pp. 118. — Autographum auctoris servat bibliotheca Bern. (v. Studer p. 42).
- recueil d'antiquités de la Suisse t. I. Francfort sur le Meyn 1771. 4. pp. 56. — Praecedentis libri nova recensio, quam citavi adiecto anno.
- SCHOEPLIN** *Alsacia illustrata Colmar 1751—1761*. 2 voll. fol. — Rauracensia collegit diligenter et scite magis quam docte.
- de Verbigeno et Tigurino pagis ad aram Saloduri repertam, in actis acad. Theodoro-Palatinae vol. III (Mannh. 1773) 4.
- der **SCHWEIZERISCHE GESCHICHTSFORSCHER** Bd. 1—11. Bern 1812—1840. 8.
- SIMLER** (Iosias 1530—1576) *collectanea de rebus Helveticis*, cod. bibl. civ. Tur. A 102. 103. 104, quibus adiunctum est volumen Tschudianorum Simlero missorum A 105 (v. TSCHVDI). Primum auctoris periculum continet cod. 104 scriptus ante quam Tschudiana acciperet; denuo rem aggressus perfecit 'antiquitatum Helveticarum vol. I continens l. I et II' (cod. 102) et earundem l. III (cod. 103). In inscriptionibus totus ex Tschudio pendet, paucissimis Vindonissensibus et Badensibus exceptis. Opus ineditum mansit per auctoris immaturam mortem; specimen edidit hoc:
- *Vallesiae descriptio*, libri duo. De Alpibus commentarius. Tiguri 1574. foll. 151. 8. — 'Stumpfium, auctor ait in praef., laudatissimum rerum Helveticarum scriptorem in plerisque secutus sum'; inscriptiones omnes ex illo sumpsit.
- SINNER** (Ioh. Rud.) *voy. hist. et litt. dans la Suisse occidentale*. Neuchâtel 1781. 2 voll. 8. — Ed. 2 (Genève 1787) non vidi neque priore multum profeci.
- SMETH** *inscriptiones antiquae*. Accessit auctarium a Iusto Lipsio. Lugd. Bat. 1588 fol. — A Lipsio primum edita sunt quae proficiscuntur a Paulo Gulielmio; v. MERVLA.
- SOLOTHVRNER** *Wochenblatt herausg. von Freunden der vaterländischen Geschichte* 1810, 33—40 Traugott (i. e. Glutz-Blotzheim) enarrat inscriptiones patrias.
- (neues) 1846, 49—128 I. B. B. collegit et explicavit inscriptiones Salodurenses.
- SPON** (1635—1682) *histoire de la ville et de l'estat de Genève*. Ed. 1 Lyon 1680. 2 voll. 12.; ed. 2 Lyon 1682. 2 voll. 12; ed. 3 ab Abauzitio edita et aucta Genève

1730. 2 voll. 4, cum supplemento inscriptionum post Sponium repertarum, — Cito Sponianas ad numeros, ut commode reperias in quavis trium editionum, quas adhibui omnes; Abauzitianas pagina adscripta.
- *Miscellanea erud. antiq.* Lugd. 1685 fol. — Primus liber sive p. 1—204 separatim prodit a. 1679. Bona fide neque sine diligentia titulos Genevenses dedit Sponius, quem tamen et iudicio et doctrina Abauzitiuz longè superavit.
- STEINER** codex inscriptionum Romanarum Rheni. Th. I. II. Darmstadt 1837. 8. — Vol. I p. 290—328 n. 511—582 septentrionalis Helvetiae titulos ita exhibuit, ut Hagenbuschio (sic homo semper audit apud Steinerum) Orellioque expilatis sibi satisfaceret. In libro meo cur citarem, causa nulla fuit, — Secunda Steinerianae syllogae editio quod sciam ad Helvetiam nondum pervenit.
- *Sammlung und Erklärung altchristlicher Inschriften im Rheingebiete aus den Zeiten der römischen Herrschaft.* Seligenstadt 1853. 8. pp. 62.
- (**STYDER**) Verzeichniss der auf dem Museum zu Bern aufbewahrten antiken Vasen und röm. und kelt. Alterthümer. Bern 1846. 8. pp. 102.
- STUMPF** (Iohann 1501—1566). Codex bibl. civ. Turic. L fol. 47 (de quo cf. Haller Bibl. IV, 397) syllogen inscriptionum Helveticarum Stumpfianam continet, c. a. 1544 (v. p. 108 in f.) ab ipso Stumpfio scriptam, item itineraria eiusdem aliaque chronicis parandis adhibita.
- *Gemeiner loblicher Eydgnoschafft Stetten Landen und Völckeren Chronick.* Zürich 1548. fol. 2 voll. ff. 332 et 467.
- Diligentissimus auctor, quem neque praecessit in nostris colligendis dignus qui cum hoc memoretur, neque longo intervallo quisquam secutus est, plurima solus nobis servavit, ut codex ille autographus edito saepe emendatior et a correctionibus et supplementis et erroribus magis immunis, quantum quidem ad deperditas hodie attinet, huius syllogae pro fundamento fuerit. Fides fuit Stumpfius, accuratus, modestus, in summa qualem qui his rebus student optant sibi contingere auctorem, ubi artis gnaro cendum est. Pleraque ipse videtur vidisse, quod constat de Vallensibus. In Aventicensibus codici praeter suam inseruit syllogen antiquiorem nescio cuius hominis, quae videtur esse ea de qua ad Simlerum Petrus Pithoeus a. 1570 (cod. bibl. civ. Turic. F, 60 ep. 582): 'Aventicas inscriptiones collegerat Hortinus in eo vico minister verbi easque ad Cercantem Bernam miserat. Hodie apud Musculum esse dicuntur. Eas vero ipsas esse puto quas Stumphius chronicis inseruit, quantum quidem ex autographo, quod mihi Lausannae videre contigit, intelligere potui.' Vide de his ad n. 175. A Tschudio Stumpfius potest accepisse n. 239 (vide ibi notam), non tamen n. 330. — Ceterum Stumpfio quae debentur ple-

rumque sub aliis nominibus adhuc ferebantur; nam qui vertit eum Latine Simlerus quique eum interpolavit Tschudius modesti hominis famam obscuraverunt.

SVLZER ausführliche Beschreibung einer Entdeckung von Antiquitäten in Nider-Lunnenen pp. 32. — Fortsetzung der Beschreibung. pp. 8 non num.

SYMEON (Gabriel, Florentin) les illustres observations antiques en son dernier voyage d'Italie l'an 1557. Lyon 1558. 4. pp. 134.

— Cesar renouvelé par les observations militaires du S. Gabriel Symeon. Paris 1558. 8. foll. 54.

TSCHVDI (Aegidius, Glaronensis 1505—1572). Praeter librum, qui vivo auctore prodit:

— de prisca ac vera Alpina Rhaetia. Basil. 1538. 4. pp. 134.

cui tamen inscriptiones nullae insertae sunt, extremis vitae annis de rebus Helvetiorum antiquissimis commentarium adgressus est chronicis praemittendum. Quo libro quid in inscriptionibus praestiterit, exposui commentario quem de ea re edidi Ber. der sächs. Ges. der Wiss. 1852 p. 202—213; hoc loco capitulatim repetere sufficet quae ibi explicavi, praesertim cum ad singulos titulos a Tschudio interpolatos de ea re monuerim. Rediguntur autem Tschudiana omnia ad quinque fere genera haec:

- 1) exscripsit simpliciter ex Stumpfio n. 8. 20. 25. 26. 28. 117 (lectionem priorem). 121. 124. 151. 154. 155. 164. 175. 178. 187. 190. 195. 198. 199. 200. 201. 202. 204. 219. 224. 226. 241. 262. 263. 272 (textum priorem). 330. 350, 3. app. 25. 27; in quibus si quae minora mutavit, id casu potius quam consilio factum est. Consulto praetermisit Stumpfianam recensionem n. 181 nactus meliorem, temere ut videtur n. 21. 89. Usus esse Tschudium codice Stumpfiano simili eius quem servat bibliotheca Turicensis, non libro edito, et monstrant n. 187. 195. 202. 263 rel. et folia Stumpfii manu scripta inserta codici Tschudiano Sangalensi.
- 2) interpolavit Stumpfiana exempla n. 12. 16. 120. 159. 168. 239. 257. 267. 316. app. 26, ubi vide in singulis adnotationem.
- 3) aliunde accepit a Pithoeo, fortasse per Simlerum, n. 118. 122. 127. 181 et fortasse n. 298; a Simlero fortasse (quem observa habere quaedam quae apud Tschudium non leguntur n. 264. 265) n. 115. 116. 117 (lectionem posteriorem). 240.
- 4) ipse videtur vidisse n. 237. 272, quarum illam foede interpolavit, hanc ita emendavit, ut vix litterulam corrigeret. Item n. 239 vidit fortasse Stumpfioque obtulit iam interpolatam, quamquam postea demum plane corrupit.
- 5) finxisse videtur frustula fals. 16. 17.

Auctorem nusquam citat ullum omniaque tamquam

ipse primus et solus norit solet proferre. — Codices chronici Tschudiani, saepe manu descripti ante quam ederetur, plures consulto omisi, ut autographum quem servat bibl. publ. Aargoviensis inter Zurlaubeniana, inscriptum 'vetustatis fragmenta' (Kurz und Weissenbach Beiträge zur Gesch. und Litt. des Cantons Aargau I, p. 111), item transcriptum a Werdmüllero bibl. civ. Turic. A, 48, quem post Hagenbuchium saepe citavit Orellius, et contentus fui his exemplis inter se compositis.

1. Inscriptiones Helvetiae, prout manu Tschudii scriptae leguntur in codice Sangallensi n. 1083 p. 65 sq., nisi quod p. 69—72 Stumpfii manu exaratae sunt. — Antiquissima haec inter Tschudianas sylloge quam proxime accedit ad Stumpfianam et nascentis interpolationis vestigia plurima et gravissima servavit. Excussi et citavi non totum librum sed ubi opus esse videbatur.

2. Pagorum Helvetiorum descriptio, quibus suis quaeque locis inscriptiones insertae sunt (cod. bibl. civ. Turic. A, 105 f. 1—35), quam Tschudius librarii manu scriptam, sed curis secundis a se emendatam auctamque misit Iosiae Simlero una cum epistula d. d. 14 Nov. 1565 (ibidem f. 36; edita est Archiv für Schweiz. Gesch. Zürich 1846 IV, 167). A praecedente non multum diversa est.

3. Eiusdem commentarii recensio secunda (cod. bibl. civ. Turic. A 105 f. 60—119, item numeris denuo a capite incipientibus f. 1—79, quam partem praemisso Vindeliciae lemmate cito), quam misit idem Simlero describendam et Latine vertendam (ib. f. 48). Accepit a. 1572 paullo ante mortem auctoris, quae in hoc ipso opere occupatum eum oppressit; quae videtur causa esse, cur extrema desiderentur. Inseti sunt tituli quidam post a. 1565 ad Turicenses adlati, maxime quos Pithoeus a. 1570 misit Simlero; qui non extant in priore editione.

4. Eiusdem *Beschreibung von Gallia Comata*. Co-stanz 1758. fol. Edita est ex autographo auctoris codice, qui in bibl. Sangallensi extat signatus n. 639, et consentit plane cum secunda recensione Simleriana, nisi quod in hac supplementa quaedam desunt postea a Tschudio adiecta. Editionem citavi; codicem vidi neque tamen causa fuit cur excuteretur. Codicem item autographum Tschudii bibl. S. Gall. n. 1089 quo continetur inscriptionum praesertim Romanarum pro ea aetate ampla et docta sylloge, subinde adhibui.

VRSTISIVS epitome historiae Basiliensis. Basil. (1577) 8. pp. 308 et 30.

VILLARIANVM manuscriptum appello schedas scriptas ut videtur saec. XVIII incip., servatasque in castro Villariano, quae sistunt descriptas inscriptiones ibi servatas. VIOT (Roland) miroir de toute sainteté en la vie du saint

merveilleux Bernard de Menton. Lyon 1627. 12. pp. 384. — Pii hominis fraudes ineptas vide fals. n. 5. 6.

VISCHER (Wilh.) über einige Gegenstände der Sammlung von Alterthümern des Museums zu Basel. Programm zur Eröffnung des Museums 26. Nov. 1849. 4.

— römische Niederlassung in Frick im Canton Aargau = Mitth. der Ges. f. vat. Alt. in Basel IV. Basel 1852 p. 28—47.

— Münzfund von Reichenstein = Mitth. der Ges. f. vat. Alt. in Basel V. Basel 1852.

VVLLIEMIN der Kanton Waat. St. Gallen und Bern 1847—49. 2 voll. 8.

WAGNER Mercurius Helveticus. Zürich ed. 1 a. 1684 (qua non sum usus nisi per excerpta Hagenbuchiana); ed. 2. 1688; ed. 3. 1701. — Pauca habet propria nuper tum reperta et repetitis editionibus addita.

WALLIER (Franc. Carol. de Wendelstorff, Salodurensis 1711—1772) quae paullo ante obitum collegit posterique eius Salodurenses patricii iusta sollicitudine ita servant, ut nobiscum communicare tamen non recusarint, in Salodurensibus titulis magnopere nos adiuverunt. Adstitit enim vel potius institit vir ille effossionibus a. 1762, quibus debentur plerique tituli Salodurenses; quaeque de his circumferuntur in libris scriptis editisve, ut Zurlaubeniana ab Hallero edita quaeque Hagenbuchio missa sunt Saloduro, proficiscuntur fere ex schedis Wallierianis. Qui eorum tituli hodie interierunt, eos habemus ex uno Wallierio. — Citavi voluminis paginas; fasciculo inscripto 'F. C. V. Muthmasungen von dem oppido maximo Solensium' suas paginas reliqui.

WANNER der Kanton Schaffhausen in seiner antiquar. Bedeutung. Schaffh. 1851. 12. pp. 40. — Auctor non bonus quidem sed unicus qui descripserit effossiones Schleithemenses.

WILD (Marquard) apologie pour la vieille cité d'Avenche. Berne 1710. 8. pp. 266. — Titulos Aventicensis satis diligenter examinavit, motus inepto Dunodi libro, qui Avenicum ab altera Iurae montis parte fuisse statuerat. Usus est praeterea codd. Simlero-Tschudianis Turicensibus.

WOCHEBLATT V. SOLOTHVRNER Wochenblatt.

ZEILLER V. MERIAN.

ZOLLER (Hans Heinrich) Miscellanea von aller hand Alt Jüdischen und Römischen so wie auch von Ettwelchen in dem Schweizerland, insonderheit denen in dem Zürichgebieth hin und wieder sich befindenden Antiquiteten. Scripta c. a. 1725 (v. p. 265). — Cod. ms. bibl. publ. Lucern. (olim Halleri Koenigsfeldensis) fol. pp. 879. — Sylloge inscr. Helv. p. 589—623 ni fallor ipsa illa est quam composuit I. Bapt. Ott.

ZVR-LAVBEN le soleil adoré par les Taurisques sur le mont Gotthardt. Zurich 1782. 4. pp. 19.